

Band X., Nr. 4839, Seite 478-479

*Der Dekan von Esslingen entscheidet den Streit der Pfarrer von
Echterdingen und Bernhausen wegen eines Zehnten.*

Esslingen, 1296. April 26.

In nomine domini. Amen. . . decanus in Ezzelingen iudex ab honorabili domino . . . officiali curie Constantiensis deputatus presentium litterarum inspectoribus universis salutem reique notitiam subnotate. Mota questione inter ecclesiam de Aithertingen ex una et ecclesiam de Bernhusen Constantiensis dyocesis ex parte altera, scilicet super decimis fundorum dictorum Widach qui a domo dicta Sigelinshūs usque ad viam dictam Steterstig per longitudinem et usque ad fluvium dictum Richenbach per latitudinem se extendunt, litteras memorati domini officialis nullo respersas vitio recepimus in hec verba: Officialis *usw.*, wie *WUB*, Bd. X, S. 377 (*Urkunde Nr. 4706*) gedruckt.

Huius igitur auctoritate mandati partes ipsas quarum dinoscitur interesse ad presentiam nostram fecimus in ecclesiam sancti Dyonisii apud Ezzelingen certo termino evocari. Exhibitis itaque intentionibus et propositionibus in figura iudicii et habitis hinc inde responsionibus partium coram nobis lis exitit legitime contestata. Extunc ab eisdem partibus veritatis dicende recepimus iuramentum. Nichilominus testes iuratos ab utraque parte productos examinavimus pertinenter. Quarum partium confessionibus quorumque testium depositionibus redactis bona fide in scriptis in presentia partium publicatis et quavis exceptione cessante a partibus approbatis invenimus evidenter, quod testes ius ecclesie de Aithertingen dicentes fecerunt numerum duplo maiorem quam testes, qui pro ecclesia de Bernhusen deponere videbantur. Cum igitur testes ab utraque parte productos pares invenerimus qualitate, nos sectantes huiusmodi numerum ac etiam qualitatem crastino festi beati Marci ewangeliste ad pronuntiandum in ecclesia sancti Dyonisii apud Ezzelingen pro termino de voluntate . . . rectorum predictarum ecclesiarum finaliter assignato per diffinitivam sententiam pronuntiavimus et hiis scriptis pronuntiamus, duas partes decimarum in predictis fundis presentium ac etiam futurarum ad ecclesiam in Aithertingen ac omnes subditos modernos et posteros in prefatis circumscriptis fundis ubilibet residentes ad ecclesiam in Aithertingen sine dubio pertinere, tertiam vero partem decimarum ipsarum ecclesie de Bernhusen sententialiter adiudicavimus et hiis scriptis adiudicamus in nomine patris et filii et spiritus sancti.

Lata est hec sententia de consilio sapientum anno loco et crastino prenotatis.

II

—

Textabdruck folgt dem Original (auszugsweise).

Dieselbe Hand wie bei n. 4830 und 4836. Spitzovales Siegel, 50, 33 mm., über Kleeblattbogen Brustbild des hl. Dyonisius, in der Linken den Stab, die Rechte segnend erhoben, unten knieender Beter; Umschrift: + . S . RVDGERI . DECANI . IN . EZZELINGEN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 523

Überlieferung und Textkritik:

Original. In dieser Urkunde ist die Urkunde von 1295 Juli 12, WUB, Bd. X, S. 377, Nr. 4706 enthalten.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 365.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

Bernhausen Wohnplatz (481)

Bernhausen, Filderstadt, ES

Echterdingen Wohnplatz (512)

Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN